Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315257-p0001-9

S6d

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315257-p0002-4

I
CAS
DIE
PR

QUod ſæculi hujus iniqui
let juſtum & æquum p
illæ per Germaniam & i
ſime paſſim ignoratæ ne
congreſſiones caput qui
plaudentibus, pulcherri
nera acceperunt, quæ obducta quidem v
in tanta hominum, literarum ſtudium
inde hominum vere eruditorum inopia
malo, Nubem ſæpiſſime pro Junone ex
ladi litatur; ubivis fere ſpecioſa præ v
ſine animi ſtudiique intenſione in caſt
vel effronti impudentiæ vel ineptæ r
litur, ſed ſororium illud artium diſci
laxatur, rumpitur, laceratur: ipſa ce
ſit præſtare ſalvam atque incolume
borisque contentione enitendum eſ
modis inimiciſſima, vos vindicetis
tes Patronosque recipitis, quicquid
firmiſſime retentum ſumma ope Veſt
ſtiana, multis jam ante modis afflicta
patriæ bonisque omnibus auxilia atq
felicius ſuccedat inſtitutum, majorq
ctuum Veſtrorum occaſio facultasqu
ſii noſtri cœtui ſumere, ita quidem
dies inſpiciendæ Scholæ Senatoriæ tri
Examine conſveto privatim exhibeb
ne feliciterque eveniant, ſalusque G
ſua ſtabilis atque immota pe

Typis N

ILL. COLLEGII
CASIMIRIANI
DIRECTOR
ET CETERI
PROFESSORES
CIVIBVS SVIS
S. P.

QUod ſæculi hujus iniquitas perturbatioque temporum omnibus fere Dei donis, optimis quidem & ampliſſimis, negare ſolet juſtum & æquum pretium, ne literis quidem bonis ubique ab omnibus ſtatui non eſt adeo mirandum. Quum enim illæ per Germaniam & in priſcis ſuperſtitionis paganæ tenebris & in Monachorum Scholaſticorumque barbarie quam diutiſſime paſſim ignoratæ neglectæque jacuiſſent, ante duo hæc & quod excurrit ſæcula inter acerrimas cum monſtris variis congreſſiones caput quidem extollere cœperunt; eædem tamen, quamvis magno ingeniorum certamine, omnibus applaudentibus, pulcherrime excultæ, ea mox, in fatali præſertim bello, quo per ipſos XXX annos Germania conflagravit, vulnera acceperunt, quæ obducta quidem videntur cicatricibus, nondum vero ubique perſanata ſunt. Qui enim alias fieri ullo pacto poſſet, ut in tanta hominum, literarum ſtudium otio ſuo prætexentium, copia, tam profunda & diuturna pace, tanta deprehenderetur tamen hinc inde hominum vere eruditorum inopia, ſi talibus ad graviora reip. munia obeunda opus ſit, niſi & hic mundus ageret hiſtrioniam, &, ſuopte malo, Nubem ſæpiſſime pro Junone exhiberet? Sed dum apud multos, qui in Orcheſtra ſpectant, Marti potius & Mercurio, quam Palladi litatur; ubivis fere ſpecioſa præ veris, ſuperficiaria præ ſolidis coluntur; ſine ingeniorum delectu, ſine idoneis ad iſtam rem ſubſidiis, ſine animi ſtudiique intenſione in caſtra Muſarum ruitur; & præmia beneficiaque, cultoribus bonæ mentis ſinceræque doctrinæ debita, vel effronti impudentiæ vel ineptæ miſeriæ projiciuntur potius quam diſpenſantur; nec in commune concordi animo ac ſuffragio conſulitur, ſed ſororium illud artium diſciplinarumque vinculum odio, invidia, obtrectatione, nec veritatis, nec caritatis habita ratione, laxatur, rumpitur, laceratur: ipſa certe, ſi cupiat, Salus, rem literariam indeque maxima ex parte pendentem reip. fortunam haud poſſit præſtare ſalvam atque incolumem. Eo magis autem Vobis, Studioſi Juvenes nobis unice cari, omni adhibita animi laboriſque contentione enitendum eſt, ut ab hac labe & ignorantiæ & perverſi moris, æque veſtris, quam communibus commodis inimiciſſima, vos vindicetis alacriter; &, quidquid ingenio poteſtis, quicquid favoris ac beneficiorum a Deo O. M. per Parentes Patronosque recipitis, quicquid doctrinæ ſolidioris maturique conſilii Vobis proponi quotidie videtis, illud omne cupidiſſime arreptum, firmiſſime retentum ſumma ope Veſtros & publicos olim in uſus conferatis. Neque enim eos vos eſſe convenit, per quas Reſp. Chriſtiana, multis jam ante modis afflicta, aliquid capiat detrimenti: ſed tales, a quibus olim ruenti reip. præſidia, honori divino incrementa, patriæ bonisque omnibus auxilia atque ornamenta accedant. Alia qui ſpectant, nec Studioſi, nec Chriſtiani officium faciunt. Quo autem felicius ſuccedat inſtitutum, majorque indies accedat animis Veſtris alacritas, en nova excitandorum ingeniorum explorandorumque profectuum Veſtrorum occaſio facultasque datur! Res enim ſuadet ipſa, Lex jubet, proximam poſt hunc hebdomada luſtrando utrique Gymnaſii noſtri cœtui ſumere, ita quidem ut VI Id. Apr. Publicorum, V Id. Pædagogicorum ordini, IIII Id. Cenſuræ publicæ, reliqui vero dies inſpiciendæ Scholæ Senatoriæ tribuantur. Speciminum a Vobis edendorum indictio fiet die craſtini; quæ ab Alumnis Nonis ipſis in Examine conſveto privatim exhibebuntur. Faxit Deus, ut hæc & alia, quæ Veſtri cauſa ſuſcepta ſunt, omnia Vobis, nobis, Reip. bene feliciterque eveniant, ſalusque Germaniæ & Cœtuum Dei puriorum inter præſentes animorum ac conſiliorum motus mirificos in ſede ſua ſtabilis atque immota perſiſtat, per unicum veræ ſalutis Principem ac Statorem, Dominum JEſum Chriſtum! Amen!

P. P. Dom. Lætare, Prid. Kal. Apr. Ann. Chr. CIƆ IƆ CCXXVI.

COBURGI,
TYPIS MAVRITII HAGENII, TYPOGR. AVL. DVCAL. VIDVÆ
ET HERED.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315257-p0004-6

85

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315257-p0005-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315257-p0006-7

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw. evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

Rh40

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315257-p0007-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315257-p0008-8

ILL. COLLEGII CASIMIRIANI DIRECTOR ET CETERI PROFESSORES CIVIBVS SVIS

S. P.

Programma

ali hujus iniquitas perturbatioque temporum omnibus fere Dei donis, optimis quidem & ampliſſimis, negare ſo-
am & æquum pretium, ne literis quidem bonis ubique ab omnibus ſtatui non eſt adeo mirandum. Quum enim
Germaniam & in priſcis ſuperſtitionis paganæ tenebris & in Monachorum Scholaſticorumque barbarie quam diutis-
ſim ignoratæ neglectæque jacuiſſent, ante duo hæc & quod excurrit ſæcula inter acerrimas cum monſtris variis
ſiones caput quidem extollere cœperunt; eædem tamen, quamvis magno ingeniorum certamine, omnibus ap-
tibus, pulcherrime excultæ, ea mox, in fatali præſertim bello, quo per ipſos XXX annos Germania conflagravit, vul-
bducta quidem videntur cicatricibus, nondum vero ubique perſanata ſunt. Qui enim alias fieri ullo pacto poſſet, ut
rarum ſtudium otio ſuo prætexentium, copia, tam profunda & diuturna pace, tanta deprehenderetur tamen hinc
ditorum inopia, ſi talibus ad graviora reip. munia obeunda opus ſit, niſi & hic mundus ageret hiſtrioniam, &, ſuopte
: pro Junone exhiberet? Sed dum apud multos, qui in Orcheſtra ſpectant, Marti potius & Mercurio, quam Pal-
ſpecioſa præ veris, ſuperficiaria præ ſolidis coluntur; ſine ingeniorum delectu, ſine idoneis ad iſtam rem ſubſidiis,
enſione in caſtra Muſarum ruitur; & præmia beneficiaque, cultoribus bonæ mentis ſinceræque doctrinæ debita,
vel ineptæ miſeriæ projiciuntur potius quam diſpenſantur; nec in commune concordi animo ac ſuffragio conſu-
d artium diſciplinarumque vinculum odio, invidia, obtrectatione, nec veritatis, nec caritatis habita ratione,
eratur: ipſa certe, ſi cupiat, Salus, rem literariam indeque maxima ex parte pendentem reip. fortunam haud poſ-
que incolumem. Eo magis autem Vobis, Studioſi Juvenes nobis unice cari, omni adhibita animi la-
enitendum eſt, ut ab hac labe & ignorantiæ & perverſi moris, æque veſtris, quam communibus com-
os vindicetis alacriter; &, quidquid ingenio poteſtis, quicquid favoris ac beneficiorum a Deo O. M. per Paren-
s, quicquid doctrinæ ſolidioris maturique conſilii Vobis proponi quotidie videtis, illud omne cupidiſſime arreptum,
ıma ope Veſtros & publicos olim in uſus conteratis. Neque enim eos vos eſſe convenit, per quas Reſp. Chri-
modis afflicta, aliquid capiat detrimenti: ſed tales, a quibus olim ruenti reip. præſidia, honori divino incrementa,
us auxilia atque ornamenta accedant. Alia qui ſpectant, nec Studioſi, nec Chriſtiani officium faciunt. Quo autem
um, majorque indies accedat animis Veſtris alacritas, en nova excitandorum ingeniorum explorandorumque profe-
io facultasque datur! Res enim ſuadet ipſa, Lex jubet, proximam poſt hunc hebdomada luſtrando utrique Gymna-
, ita quidem ut VI Id. Apr. Publicorum, V Id. Pædagogicorum ordini, IIII Id. Cenſuræ publicæ, reliqui vero
Senatoriæ tribuantur. Speciminum a Vobis edendorum indictio fiet die craſtini; quæ ab Alumnis Nonis ipſis in
tim exhibebuntur. Faxit Deus, ut hæc & alia, quæ Veſtri cauſa ſuſcepta ſunt, omnia Vobis, nobis, Reip. be-
, ſalusque Germaniæ & Cœtuum Dei puriorum inter præſentes animorum ac conſiliorum motus mirificos in ſede
: immota perſiſtat, per unicum veræ ſalutis Principem ac Statorem, Dominum JEſum Chriſtum! Amen!

P. P. Dom. Lætare, Prid. Kal. Apr. Ann. Chr. CIↃ IↃ CCXXVI.

COBURGI,
TYPIS MAVRITII HAGENII, TYPOGR. AVL. DVCAL. VIDVÆ
ET HERED.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315257-p0009-7